Neaišku, kas išraižė 1614 m. leidimo frontispisą ir kitas graviūras. Tai galėjo būti su Plantino spaustuve bendradarbiavęs Antverpeno graveris Theodooras Galle (1571–1633). Apie jo darbus, susijusius su Radvila Našlaitėliu, jau rašyta<sup>23</sup>. Iš B. Moreto laišku aiškėja, kad O. Palenas į Antverpeną, be išlikusio 1601 m. leidimo korektūrinio egzemplioriaus, buvo atvežęs frontispisą ir dar 4 vario (?) raizinius. Čia lieka erdvės svarstymams, kas buvo jų autorius ir kas konkrečiai juos išgraviravo. Realūs kandidatai, įvertinus visą istoriografiją, yra, matyt, tik du – Tomas Makowskis (1575–1630) arba Blažiejus Treteris. Šiaip ar taip, šie darbai B. Moretui gero įspūdžio nepadarė: frontispisą jis apskritai išbrokavo dėl pernelyg didelio jo formato ir užsakė pagaminti naują, o kitas 4 graviūras taisė tiek, kad, anot jo žodžių, jas galima vadinti naujomis.

Neaiškus 200 į Nesvyžių išsiųstų egzempliorių likimas: ar siunta pasiekė adresatą, ar ne. Jei taip, kokia trasa ji buvo gabenama. Iš paskutinio B. Moreto laiško J. Alandui aišku tiek, kad pirmiausia ji išsiųsta į Amsterdamą. Iš čia, matyt, laivu turėjo būti atplukdyta greičiausiai į Gdanską, iš kur jau sausuma gabenta į Nesvyžių. Tai, kad išliko korektūrinis egzempliorius, pabuvojęs Antverpene ir grįžęs į Nesvyžių, tarsi liudytų, kad viskas baigėsi laimingai, ir siunta sėkmingai pasiekė adresatą.

Kokiais kitais esminiais faktais būtų galima papildyti šią istoriją? Iš išlikusio susirašinėjimo matyti, kad kol kas nežinome kelių J. Alando ir O. Paleno vienas kitam rašytų laišku. J. Alandas taip pat parašė laišką Antverpeno kolegijos rektoriui Karoliui Skribanijui, greičiausiai ir Antverpeno pirkliui J. Woutersui, o šis rašė O. Palenui ir B. Moretui. Šie laišškai kol kas irgi nežinomi. Sprendžiant iš probėgšmais peržiūrėtų Lietuvos ir Lenkijos archyvų, galimybių pasakyti dar ką nors yra nedaug. Radvilų archyve Varšuvoje tarp

<sup>21</sup> Ji pateikiama 1601 m. leidimo antraštinio lapo *verso* pusėje.

<sup>22</sup> *Archiwum domu Radziwillów*, oprac. A. Sokołowski (*Scriptores rerum Polonicarum*, t. 8), Kraków, 1885, s. 71–81.

<sup>23</sup> J. Liškevičienė, Mikalojus Kristupas Radvila Našlaitėlis ir *Arbor Humanae Vitae*: apmąstant žmogaus gyvenimą, *Acta Academiae Artium Vilnensis*, t. 106, 2022, p. 78–106. Čia nurodoma daugiau literatūros šia tema.

Radvilų korespondentų nepavyko rasti nei J. Alando, nei B. Moreto, nei O. Paleno, nei J. Wouterso ar Waulterso pavardės, yra tik A. Skorulskio laiškų Radvilai Našlaitėliui<sup>24</sup>. Deja, nė vieno laiško iš mus dominančio 1612–1614 m. laikotarpio tarp jų nėra.


Vienintelė viltis – jau minėtas Plantino-Moreto muziejaus archyvas, kuriame dar gali būti papildomų dokumentų. Geru pavyzdžiu gali būti prof. D. Sacré publikacija apie B. Moreto ir Motiejaus Kazimiero Sarbievijaus susirašinėjimą dėl poeto lyrikos 1632 m. ir 1634 m. leidimų Plantino spaustuvėje<sup>25</sup>. Didesnę šios publikacijos dalį sudaro ne paties Sarbievijaus ir B. Moreto laišakai vienas kitam, bet B. Moreto laišakai kitiems asmenims, kuriuose jis trumpai užsimena apie minėtus M. K. Sarbievijaus lyrikos leidimus, ypač vertingi B. Moreto laišakai Gdansko spaustuvininkams ir knygų prekybininkams. Deja, peržiūrėjus tuos Plantino-Moreto muziejaus archyvo tomus, kurie dabar jau prieinami internete, nieko labai reikšmingo rasti nepavyko, išskyrus kelias nurodytas finansines apyskaitas, kurios tik patvirtina aprašytą istoriją.

Grįžtame prie lotyniško teksto santykio 1601 m. ir 1614 m. leidimuose. Lietuvos istorijos institute saugomas pirmojo *Kelionės* leidimo egzempliorius leidžia suprasti ir įvertinti, koks didelis redakcinis-korektūrinis darbas turėjo būti nuveiktas rengiant naują lotynišką leidimą. Išvydus tokią gausybę įvairių netikslumų, paliktų pirmajame leidime, darosi suprantama, kodėl Lietuvos provincijos jėzuitai buvo nepatenkinti jo kokybe. Ypač skandalingai išsilavinusiam Vakarų Europos skaitytojui turėjo atrodyti *Kelionės* vertėjo Tomo Treterio (1547–1610) sukurtos epigramos, skirtos garsiajam Radvilos Našlaitėlio portretui, paskutinė eilutė, kurioje buvo palikta ne spaustuvininko, bet paties T. Treterio padaryta grubi prozodijos klaida žodyje *perlēgeris* [!] (žr. 6 pav.). Ji pastebėta dar spausdinant, todėl mėginta ją ištaisyti (kaip, beje, ir daugiau klaidų, įsivėlusių įvardiniame T. Treterio laiške bei jį lydinčiose epigramose), klaidingus puslapius keičiant naujais (tai lemia, kad egzistuoja net keletas *Kelionės* 1601 m. leidimo variantų). Vis dėlto net pataisytas minėtos paskutinės eilutės variantas buvo nevykęs (žr. 7 pav.), Lietuvos istorijos instituto egzemplioriuje įrašytas naujas variantas (žr. 8 pav.). 1614 m. leidime Radvilos Našlaitėlio portreto, kaip minėta, apskritai nėra. Apie jį nekalbama ir aptartuose laiškuose.


1614 m. leidimo tituliname puslapyje rašoma, kad *Kelionē nunc varie aucta et correctius in lucem edita*, t. y. „dabar įvairiai papildyta ir pataisyta“. Kas buvo taisoma, jau nurodėme: jei pažvelgtume į 2 bei 3 lentelėje pateiktus rašybos atvejus ir palygintume juos

<sup>24</sup> Archiwum Główne Akt Dawnych, Archiwum Radziwiłłów, dział V, nr. 14476.


<sup>25</sup> D. S a c r é, Some Unnoticed and Unpublished Letters From Balthasar Moretus To or Concerning the Latin Poet Matthias Casimirus Sarbievius (1595–1640) (With an Unknown Autograph Poem), *Neulateinisches Jahrbuch = Journal of Neo-Latin Language and Literature*, t. 1, herausg. von M. Laureys, K. A. Neuhausen, Hildesheim–Zürich–New York, 1999, p. 205–229.



6 pav. Pirmasis T. Treterio epigramos M. K. Radvilos Našlaitėlio portretui variantas.



7 pav. Antrasis T. Treterio epigramos M. K. Radvilos Našlaitėlio portretui variantas.



8 pav. T. Treterio epigramos M. K. Radvilos Našlaitėlio portretui pataisa Lietuvos istorijos institute saugomame *Hierosolymitana peregrinatio* egzemplioriuje.

su 1614 m. leidimo tekstu, išvystume, kad pastarajame vyrauja būtent Lietuvos istorijos instituto egzemplioriuje siūlomos pataisos. Kad tai būtų akivaizdu, pakartojame 4 lentelę, papildydami ją skiltimi, kurioje pateikiami 1614 m. leidimo variantai (žr. 5 lentelę).

5 lentelė. Lietuvos istorijos institute saugomo *Kelionės* egzemplioriaus pataisų ir 1614 m. leidimo teksto santykis

<b>Psl. / Pag.</b>	<b>1601 m. leidimas / Editio an. 1601</b>	<b>Taisoma / Corrigitur</b>	<b>1614 m. leidimas / Editio an. 1614</b>
2	v. 4: (cui, cum v. 5–6: iure, / deesse non pos- sim, vel v. 22–23: quod vel hoc ipso tempore, licet vix dum Cretam appulerim	(cui <del>eum</del> iure, <del>deesse non pos-</del> sim, vel  quod ex illo ipso tempore, quo vix in Cretam appuli,	p. 2, v. 8: (cui p. 2, v. 9: iure, vel  p. 2, v. 23–24: quod ex illo ipso tempore, quo vix in Cre- tam appuli
7	v. 16: ictu sclopeti	ictu bombardae	p. 7, v. 2: ictu bombardae
10	v. 7: Ex amicorum v. 33–34: et gubernatores, quos Patronos vulgo dicunt, parum expertes haberent, ne tale quid facerem, amici dissuaserunt	Ex quorundam et gubernatores, qui Patroni vulgo dicuntur, parum exper- tos haberent, ne tale quid fa- cerem, aliqui dissuaserunt	p. 9, v. 30: ex quorumdam p. 10, v. 21–23: et gubernato- res, qui Patroni vulgo dicun- tur, parum expertos haberent; ne tale quid facerem, aliqui dissuaserunt
28	v. 21–22: solennia, cuidam	solennia (erat autem dies Do- minicus), cuidam	p. 26, v. 17–18: solennia (erat autem dies Dominicus) cui- dam
32	v. 18–19: sellas cum staffis la- tiores Adzainticas  v. 29: quod Adam, interpretatur flavus	sellas cum stapedis latiores Adzainticas, ut nos loquimur Adzianskie, quod Adam, explicatur flavus	p. 30, v. 31: sellas cum stape- dis latiores Adzainticas  p. 31, v. 7–8: quod Adam ex- plicatur Flavus
38	v. 11: apud quem Apostolus equo delapsus, in terra prostrat- us	apud quem Apostolus equo delapsus (ut communior opi- nio habet) in terra prostratus	p. 36, v. 22–23: apud quem Apostolus equo delapsus (ut communior opinio habet) in terra prostratus
42	v. 8: conductor noster	locator noster	p. 40, v. 20–21: locator noster
52	v. 5–6: turres altas aedificari curabat	turres altas ex muro solido ae- dificari curabat	p. 51, v. 15: turres altas ex muro solido aedificari curabat
62	v. 12–13: ut Adrichomius scribit	ut aliqui volunt	p. 62, v. 3: ut aliqui volunt
66	v. 16–17: quod [...] potuerunt	ut [...] potuerint	p. 66, v. 9–10: ut [...] potuerint
83	v. 25–26: Sed cum S. Lucas ma- nifeste scribat, in eodem loco visos fuisse, non video	Sed cum S. Lucas manifeste scribat, in eodem loco visos fuisse, in quo Christus mox in caelum ascensus cum Apo- stolis loquebatur, non video	p. 75, v. 10–12: Sed cum S. Lucas manifeste scribat, in eodem loco visos fuisse, in quo Christus mox in caelum ascensus cum Apostolis lo- quebatur, non video

<b>Psl. / Pag.</b>	<b>1601 m. leidimas / Editio an. 1601</b>	<b>Taisoma / Corrigitur</b>	<b>1614 m. leidimas / Editio an. 1614</b>
163	v. 7: ratione possit. A pago	ratione potuerit <del>quandoquidem</del> Dzer.. sub velis <del>ceterius</del> <b>omnia praetervolat</b> velocissime corrente	p. 156, v. 29: ratione potuerit. A pago
171	v. 16–18 [ <i>Nota in margine deest</i> ]	[ <i>Nota in margine additur:</i> ] De hac civitate Balbech dictum est superius fol. 29	p. 165, v. 1, <i>nota in margine:</i> De hac civitate Balbech dictum est superius fol. 27
190	v. 5–6: elegans Moschaea, deforis expolita, intus, ut coniectari licet, aërosa, quam	elegans Moschaea, deforis expolita, <del>intus, ut coniectari licet</del> , aërosa, quam	p. 183, v. 22–23: elegans Moschaea, deforis expolita, quam
270	v. 18–23: Postea tribus aliis obviam facti, quod nos non sunt adorti, quod propinquum hospitium esset, quod mare ad dextram vicinum, quod ante nos campus patens immineret arbitrabamur, Banditos hosce vel occasionem nos invadendi non habuisse, vel aliquod illis impedimentum illatum	Postea tribus aliis obviam facti, quod nos non sunt adorti, <del>quod propinquum hospitium esset, quod mare ad dextram vicinum, quod ante nos campus patens immineret</del> , arbitrabamur, praedones hosce vel occasionem nos invadendi non habuisse, utpote quod propinquum hospitium esset, quod mare ad dextram vicinum, quod ante nos campus patens immineret: vel aliquod illis impedimentum illatum	p. 265, v. 16–21: Postea tribus aliis obviam facti, quod nos non sunt adorti, arbitrabamur praedones hosce vel occasionem nos invadendi non habuisse, utpote quod propinquum hospitium esset, quod mare ad dextram vicinum, quod ante nos campus patens immineret; vel aliquod illis impedimentum illatum
279	v. 2: tres Banditos v. 4–5: duos sclopetos minores, aut saltem unum, ad cingulum appensos	tres praedones duas breviores, aut saltem unam, ad cingulum appensas	p. 264, v. ult.: tres praedones p. 265, v. 2–3: duas breviores, aut saltem unam, ad cingulum appensas

Atskirai reikia aptarti minėtus septynis įrašus, paliktus Lietuvos istorijos instituto 1601 m. leidimo egzemplioriaus parašėse, kur spaustuvininkui nurodoma įterpti kažkokią papildomą tekstą. Palyginę šias vietas su 1614 m. leidimo tekstu, randame tokias naujas teksto dalis (žr. 6 lentelę).

6 lentelė. Lietuvos istorijos institute saugomo *Kelionės* egzemplioriaus pataisų ir 1614 m. leidimo teksto santykis

Nr. / N.ro	LII egzempliorius / Exemplar Instituti Historici Lituani	1614 m. leidimas / Editio an. 1614
1	<p>p. 42: Turcis mercatoribus ademit. [Nota in margine: Vide chartam scriptam, ex qua nonnulla hic addenda.] Mane pervenimus ad pontem [...].</p>	<p>p. 40–41: Turcis mercatoribus ademit. <i>Accidit et alius, sed lepidus, in hoc loco nobis casus. Unus ex meis comitibus, decoris caussa, ut fit, mystaces sibi torquendo erigebat: hoc advertit quidam apostata probe Turcismo imbutus, et subito contra nos linguam stringit, verbera minatur, non secus acsi grandem a nobis iniuriam accepisset. Miramur unde homini tantus tam repente contra nos furor: sermone Italico modeste cum compellamus: audire non vult, sed oculis atque ore fulminat. Accito interprete, quaerimus causam tantae iracundiae: interpres re intellecta respondet, turbari hominem quod unus ex vobis mystaces sibi torquet atque erigat, quod maximam indicat arrogantiam. Noster hoc audito, statim mystaces digitis iterum iterumque depressit: et sic barbaricus consedit furor.</i> Mane pervenimus ad pontem [...].</p>
2	<p>p. 44: qui profectionem in bellum [Persicum] apparabat. [Nota in margine: Vide chartam scriptam, ex qua nonnulla hic addenda.] Sub ipso castello est oppidum [...].</p>	<p>p. 43: qui profectionem in bellum [Persicum] apparabat. <i>Non procul a castello est campus, in quo decem viri leprosi Christo ex Galilaea Ierosolymam eunti occurrerunt, salutem ab eo contenta voce postulantes: Iesu praeceptor miserere nostri, Luc. 17. Leprosi enim extra oppida habitabant, nec ad conversationem hominum admittebantur; lege divina prohibente, Num. 5.</i> Sub ipso castello est oppidum [...].</p>
3	<p>p. 84: ampla satis et profunda. [Nota in margine: Vide chartam scriptam, ex qua nonnulla hic addenda.] [deletum:] Porticus habet etiam nunc quasdam integras. In fundo ipsius ipsius, est quoddam arundinetum: unde apparet nunc quoque locum esse humidum Indulgentia hic septem annorum totidemque quadragenarum est concessa. In fundo piscinae est quoddam arundinetum [...].</p>	<p>p. 76: ampla satis et profunda. <i>Piscina haec dicitur fuisse facta, non propter pisces, qui numquam in eam mittebantur, sed ut pluviae hybernae ex tectis templi in eam defluerent, vel potius ut aquae ex ipso templo, in quibus innumerae purificationes fiebant, per fistulas subterraneas ab ea reciperentur. Cum autem Deus in piscina miracula facere, et unum aliquem morbosum, qui primus in aquam ab Angelo motam descendisset, sanare coepisset (quod aliquoties quatannis, in certis tamen temporibus faciebat) Iudaei locum muro, ne pecora accedere, et aquam sanctam profanare possent, circumdederant. Quinque etiam porticus circumcirca fecerant, in quibus aegroti sedentes, divinum aquae motum expectabant. Sunt ex illis nonnullae etiam nunc integrae.</i> In fundo piscinae est quoddam arundinetum [...].</p>



Nr. / N.ro	LII egzempliorius / Exemplar Instituti Historici Lituani	1614 m. leidimas / Editio an. 1614
4	<p>p. 126:  Monachi affirmabant. <i>[Nota in margine: Vide chartam scriptam, ex qua nonnulla hic addenda sunt.]</i> qua de re Theologi rectius iudicabant.</p>	<p>p. 118–119:  Monachi affirmabant. <i>Unde certum est, Ierosolymis esse variationem dierum atque noctium propter varium motum Solis, qui supra Horizontem modo longius, modo brevius curriculum facit. Sed quod Veritas dicit in Evangelio: Nonne duodecim sunt horae diei? hoc fortasse usu antiquorum dicit. Antiquitus enim Iudaei, Romani, Aegyptii (ut ex Plinio et Macrobio patet) singulos dies noctesque in horas duodecim distribuiebant, quae modo essent longiores, modo breviores, modo aequales pro varietate dierum atque noctium:</i> qua de re Theologi rectius iudicabant.</p>
5	<p>p. 196:  mirifice conservant. <i>[Nota in margine: Vide chartam scriptam, ex qua nonnulla hic addenda.]</i> Emeram tunc temporis [...].</p>	<p>p. 189–190:  mirifice conservant. <i>Tum et hoc non caret admiratione, quod circa eadem antra extrinsecus magna vis talium ossium proiecta iaceat, ingenti varietate, a quibus Mumia ablata, Inter quae non obiter nec brevi tempore contemplabamur calvarias et inferiores maxillas, ubi dentes fixi: nullam autem invenimus omnino, quae vel unum dentem cariosum, aut aliquam evulsionis notam habuerit, ita in omnibus maxillis erant pleni, sinceri et candiduli dentes instar ossium aliorum. Apparet homines fuisse bene sanos et expertes doloris dentium. In nonnullis calvariis, et ossibus manuum atque pedum, vulnera caesione fractioneve in vivis inflictia cognoscebamur, simul quomodo vulnerum orae se glutinarunt. Sed hoc mirabile prorsus fuit, in tanta ossium multitudine (fere enim aliquot centurias maxillarum inferiorum et capitum collustravimus, ad extremum manibus tractavimus ac versavimus) nullam maxillam fuisse, quae dentium aliquo vitio laboraret. Fuerunt multae seniles, quibus dentes breves et erosi extabant (quales in senibus videntur) at quae dentem ullum putridum, cavum, foraminosum, aut signum elapsi haberet, fuit nulla.</i> Emeram tunc temporis [...].</p>
6	<p>p. 273:  Haec omnia abstulerunt. <i>[Nota in margine: Vide in folio scripto, quae hic addenda.]</i> Saepius autem Exactor ille [...]. <i>[Corrigitur:]</i> Caeterum exactor ille noster [...].</p>	<p>p. 267–268:  Haec omnia abstulerunt. <i>Agnosco autem et hic eximiam Dei erga me benignitatem, quod ex diplomatibus variis quae in cista erant, spoliatores me non agnoverint. Fuit enim in cista, quam avidae scrutabantur, theca viatoria parva ex tenui ferri lamina, in qua diplomata ne maderent, Pontificis, Regis, Reipub. Venetae, item literas quorundam Venetorum ad suos Agentes, quibus iubebant, ut mihi aureorum millia quot vellem, crederent, reposueram. Hanc cum acres inquisitores in manibus haberent et versarent, tamen illam non aperuerunt: sed ut levem esse et absque pondere senserunt, reliquerunt, fortasse rem parvi momenti existimantes. At vero si thecam aperuissent, et literas omnes explicuissent, ita me in iis invenissent expressum, ut ego verba illis dare nullo modo potuissem, sed res potius pro capite fuisset dependenda. Ceterum exactor ille noster [...].</i></p>

Nr. / N.ro	LII egzempliorius / Exemplar Instituti Historici Lituani	1614 m. leidimas / Editio an. 1614
7	p. 274: Iusserunt deinde ut nobis calcaria adimeremus: [Nota in margine: Vide in folio scripto, quae hic addenda.] quae cum sibi applicuissent [...]. [Corri- gitur:] Igitur cum sibi appli- cuissent calcaria [...].	p. 269: Iusserunt deinde ut nobis calcaria adimeremus: <i>fecerunt hoc mei: ego uno deposito, cum aliud deponere incipio, scrutator scrinio- rum exclamat cum risu: Unum (inquit) tivi calcar habe, ut equum incites ad cursum, si quem cui forte abstuleris. Quid aliud diceret veterator; nisi quod ipse facit?</i> Igitur cum sibi applicuissent cal- caria [...].

Verta pažymėti, kad Janas Czubekas, 1925 m. publikavęs lenkišką *Kelionės* versiją pagal jam tuo metu žinomus išlikusius lenkiško protografo nuorašus ir lyginęs juos su spausdintais lotyniškais 1601 ir 1614 m. leidimais, pastebėjo tik 4 iš 7 minėtų papildymų<sup>26</sup>, likusius pažymėjo ir išvertė į lenkų kalbą Leszekas Kukulskis<sup>27</sup>. Tad to, kas iki šiol išdėstyta, pakanka, kad prietume prie svarbiausios išvados: nuo šiol mokslinėje literatūroje cituojant *Kelionės* lotynišką tekstą, pirmąjį 1601 m. leidimą geriau paminėti ir reikia remtis 1614 m. Plantino spaustuvės leidimu kaip pilnesniu, ortografiškai tikslesniu ir tekstologiškai patikimesniu.

## Išvados

1. Lietuvos istorijos instituto bibliotekoje Vilniuje saugomas 1601 m. *Kelionės* egzempliorius leidžia suprasti, koks netobulas buvo pirmasis leidimas, pasirodęs Georgo Schönfelso spaustuvėje.

2. Lietuvos provincijos jėzuitai buvo nepatenkinti jo kokybe, todėl ilgainiui imta galvoti apie naujo leidimo parengimą. Kad nauja knyga išvystų dienos šviesą, reikėjo nuodugnai peržiūrėti *Kelionės* tekstą (T. Treterio vertimą). Šį darbą atliko Nesvyžiaus kolegijos jėzuitai.

<sup>26</sup> Źr. Mikolaja Krzysztofa Radziwilla *Peregrynacja do Ziemi Świętej*, wyd. J. Czubek (*Archiwum do Dziejów Literatry i Oświaty w Polsce*, t. 15/2), Kraków, 1925, s. 24 (nr. 1), 112 (nr. 5), 153 (nr. 6), 154 (nr. 7). Pastaruoju metu tapo žinomas dar vienas lenkiško protografo nuorašas, saugomas Pietų Lenkijos Jėzaus Draugijos provincijos archyve Krokuvoje (rankr. 847, l. 1–163). Plačiau apie jį: L. Grzebień SJ, *Inwentarz Archiwum Prowincji Polskiej Południowej Towarzystwa Jezusowego w Krakowie. Rękopisy do 1820 roku*, Kraków, 2017, s. 176.

<sup>27</sup> M. K. R a d z i w i ł ł „Sierotka“, *Podróż do Ziemi Świętej, Syrii i Egiptu 1582–1584*, oprac. L. Kukulski, Warszawa, 1962, s. 46 (nr. 2), 80 (nr. 3), 117 (nr. 4).

3. Plantino-Moreto muziejaus archyve Antverpene saugomi laiškai atskleidžia iki šiol nežinomą 1614 m. leidimo priešistorę. *Kelionės* perleidimu rūpinosi Lietuvos jėzuitų provincijos Nesvyžiaus kolegijos tėvas J. Alandas. Tai jis darė savo iniciatyva. Antrasis *Kelionės* leidimas pasirodė 750 egzempliorių tiražu. 200 egzempliorių spausdinimo išlaidas padengė A. Skorulskis. Siunta su šiais 200 egzempliorių buvo išsiųsta į Lietuvos Didžiąją Kunigaikštystę ir laimingai pasiekė Nesvyžius.

4. Lietuvos istorijos instituto bibliotekoje saugomas korektūrinis pirmojo *Kelionės* leidimo egzempliorius, pagal kurį Antverpene, Plantino spaustuvėje, buvo parengtas ir išspausdintas 1614 m. leidimas. Lietuvos knygotyros istorijoje tai pirmas toks XVI a. – XVII a. pradžios atvejis.

5. Nuo šiol cituojant mokslinėje literatūroje *Kelionės* lotynišką tekstą, pirmąjį 1601 m. leidimą geriau paminėti ir reikia remtis 1614 m. Plantino spaustuvės leidimu kaip pilnesniu, ortografiškai tikslesniu ir tekstologiškai patikimesniu. Atskleista nežinoma *Kelionės* perleidimo istorija reikšmingai papildo mūsų žinias apie Lietuvos jėzuitų indėlį į Lietuvos ir Belgijos kultūrinių ryšių plėtotę<sup>28</sup>.

<sup>28</sup> Straipsnio autorius dėkoja prof. D. Sacré, pirmajam nurodžiusiam daugumos skelbiamų laiškų signatūras, taip pat Plantino-Moreto muziejaus tipografinių reikmenų rinkinių kuratoriui Joostui Depuydt ir minėto muziejaus archyvistui Kristofui Selleslachui už patarimus ir pagalbą straipsnio autoriui rūpimais klausimais.

## Priedas

### 1

*Nesvisii, 17 augusti 1612*

*Ioannes Alandus e Societate Iesu, nuntio ab Ottone a Palen accepto de animo Balthasaris Moreti Hierosolymitanam peregrinationem auctore Nicolao Christophoro Radivilo typis denuo vulgare, facultatem Peregrinationem propriis expensis recudendi Moreto facit.*

Archetypum chartaceum Antverpiae in archivo Musei Plantini-Moreti (quod ulterius ‘Arch. MPM’ abbreviatur) vol. 76 pag. 17 et 18 asservatur. Pag. 18 sigillum collegii Nesvisiensis impressum exstat. Ibidem nota quoque habetur de data responsi uti sequitur: *P. Ioannes Alandus Polonus 17 [?] octobris 1612.*

Clarissime Vir, Domine et Amice observande

Pax Christi

Amicus meus dominus Otto a Pallen<sup>1</sup>, qui nunc Antverpiae moratur, fecit me per litteras<sup>2</sup> certiore te velle Peregrinationem Hierosolymitanam illustrissimi Principis Radivili propriis sumptibus et typis recudere ita, ut deinceps tua sit et tuo bono distrahatur. Accepi nuncium amici, et animus tuus erga librum nostrum gratus mihi accidit. Quamvis enim non desint hic typographi, qui idem praestare cupiant, tamen cum primam editionem nimis incongruam et pravam fecerint<sup>3</sup>, nolimus bis in eundem scopulum impingere. Antverpia vestra typis et typographis optimis floret, in hac celeberrima urbe velim Principis celeberrimi Peregrinationem iucundissimam exprimi. Et quia nunc tota iuris mei est<sup>4</sup> nec ullus eam hic motu proprio potest recudere, tuque, Clarissime Vir, hunc praeli laborem suscipere cupias, mitto ad te correctum et auctum multis locis Peregrinationis Hierosolymitanae librum<sup>5</sup> eumque totum tibi dedo ea conditione atque lege, ut tuis impensis illum imprimas, impressum tuo commodo passim divendas. Neque existimo agendum

<sup>1</sup> Persona parum manifesta, quam Moretus suis in litteris sub data 13 novembris 1613 Radivili principis a secretis vocat.

<sup>2</sup> Litterae Ottonis a Palen ad Ioannem Alandum datae non sunt manifestae.

<sup>3</sup> Agitur de libro, cui titulus uti sequitur: *Hierosolymitana peregrinatio illustrissimi domini Nicolai Christophori Radzivili, ducis in Olika et Nyeswiesz, comitis in Szydlowiec et Myr etc., IV epistolis comprahensa, ex idiomate Polonico in Latinam linguam translata et nunc primum edita Thoma Tretero custode Varmiensi interprete cum privilegio SRM, Brunsbergae apud Georgium Schönfels, 1601.*

<sup>4</sup> Via modusque, quo Ioannes Alandus vel potius Iesuitae Nesvisienses ius Peregrinationem recudendi obtinuerint, hucusque parum est manifestus.

<sup>5</sup> Sermo est de particulari primae editionis exemplari, quod Vilnae in bibliotheca Instituti Historici Lituani sub siglo 798 hodie asservatur. Quod ad librum praedictum attinet, commentationem nostram lingua Litwana exaratam consules.

esse apud te de recta et decenti litterarum, versuum, distinctionum<sup>6</sup> for ac totius operis forma: Antverpiensis typographus es, id est egregie in tua arte peritus – facile, credo, te nostrum primae editionis typographum<sup>7</sup> omni nitore et industria longissimo intervallo superaturum. Sunt plurimi per Poloniam et Lituaniam omnium ordinum homines, qui a multis annis Peregrinationem hanc efflagitant, siquidem primae editionis exemplaria pauca fuerunt et iam pridem sunt distracta, ut de multo emptore et lucro tuae secundae editionis nihil sit dubitandum. Ad me quid ex tua officina venire debeat, dominus Otto a Pallen tecum coram loquetur, cui et totum hoc Peregrinationis restaurandae negotium commisi. Nec plura interim. Omnia bona mihi de tua sinceritate nunc et in posterum polliceor, quem opto ut Deus servet incolumem diutissime. Datum Nesvisii in collegio nostro<sup>8</sup> 17 augusti 1612.

Tuus ex animo servus in Christo Ioannes Alandus Societatis Iesu

[*vertimas*]

Garsusis Vyre, gerbiamas Pone ir Bičiuli

Kristaus taika

Mano bičiulis ponas Otonas Palenas, dabar esantis Antverpene, laišku man pranešė, jog tu nori savo lėšomis ir spaudmenimis perleisti šviesiausiojo kunigaikščio Radvilos *Kelionę į Jeruzalę* taip, kad naujasis leidimas būtų tavo nuosavybė ir galėtum prekiauti savo naudai. Gavęs iš bičiulio tokią žinią, apsidžiaugiau dėl tavo palankumo mūsų knygai. Nors čia tikrai netrūksta spaustuvininkų, norinčių ją perleisti, bet pirmąjį leidimą jie išspausdino pernelyg negrabiai ir su klaidomis, todėl nenorime antrąsyk užplaukti ant tos pačios uolos. Jūsiškis Antverpenas garsėja puikiausiomis spaustuvėmis ir spaustuvininkais, [todėl] norėčiau, kad garsiausiojo kunigaikščio *Kelionė* būtų išspausdinta šiame garsiausiame mieste. Visos knygos teisės dabar priklauso man ir niekas čia negali jos perleisti savo iniciatyva, o tu, Garsusis Vyre, nori imtis šio darbo, tad siunčiu tau pataisytą ir daugelyje vietų papildytą *Kelionės į Jeruzalę* egzempliorių ir perleidžiu tau visą knygą su sąlyga, kad išspausdintum ją savo lėšomis, o išspausdintą visur pardavinėtum savo naudai. Manau, nereikia tau priminti apie teisingą ir deramą raidžių [*t. y. šrifto*], eilučių,

<sup>6</sup> Signa interpungendi sub hoc vocabulo intelliguntur, uti ex Caroli Scribanii libro de Antverpia (cuius mentio in responso Moreti fit) pag. 43 patet ('si intercurrentia spatia, si accentuum, si distinctionum sensum discriminantium varietatem, sine qua ille [*i. e. sensus – D. A.*] tamquam sine vita iaceat [...] consideres').

<sup>7</sup> Agitur de Georgio Schönfels, qui Peregrinationem an. 1601 vulgavit. Compendium vitae eius lingua Polonica a Halina Kowalska scriptum in Dictionario Biographico Polonorum (vulgo *Polski Słownik Biograficzny*) facile invenies, ubi bibliographia amplior quoque adfertur, quod summarium in rete *internet* vulgo vocato oculis omnium iam patet (<https://www.ipsb.nina.gov.pl/a/biografia/georg-schnfels>).

<sup>8</sup> Nesvisium (Nieśwież Polonice, Нясвіж Alboruthenice, Nesvyžius Lituane), civitas in Alba Russia hodie sita. Collegium Nesvisiense a Nicolao Christophoro Radivilo an. 1584–1586 fundatum est.

skyrybos ženklų ir visos knygos pavidalą: esi Antverpeno spaustuvininkas, garsus ir patyręs savo amate; manau, [knygos] spindesiu bei [savo] uolumu be vargo toli užnugaryje paliksi mūsų pirmojo leidimo spaustuvininką. Lenkijoje ir Lietuvoje yra daugybė visų luomų žmonių, kurie daug metų pasigenda šios *Kelionės*, nes pirmasis leidimas išėjo nedideliu egzempliorių tiražu ir jie jau seniai išparduoti, tad nėra abejonės, kad antrasis tavo leidimas ras daug pirkėjų ir atneš daug pelno. Ką tavo spaustuvė turinti duoti man, asmeniškai su tavim aptars ponas Otonas Palenas, kuriam ir pavedžiau visą šį *Kelionės* perleidimo reikalą. Tuo tarpu tiek. Viliuosi ir vilsiuosi sau iš Tavo Malonybės viso ko geriausio ir linkiu, kad Dievas kuo ilgiausiai saugotų sveiką. Nesvyžius, mūsų kolegija, 1612 m. rugpjūčio 17 d.

Tavo nuoširdus Kristuje tarnas Jonas Alandas iš Jėzaus Draugijos

## 2

*Antverpiae, 16 octobris 1612*

*Balthasar Moretus Ioanni Alando SI ad priores eius litteras respondet, Hierosolymitanam peregrinationem denuo excudere promittit sub condicione ducentorum novae editionis exemplarium emendorum et res ad novam editionem pertinentes trutinatur.*

Apographum minuta dictum Antverpiae in Arch. MPM vol. 135 pag. 153 et 154 asservatur. Nota, quod imago huius apographi facile conspici potest fenestra *internet* praedicti archivi aperta. Inscriptio est uti sequitur: *Ioanni Alando Societatis Iesu Nisvisium.*

Attulit mihi dominus Otto a Pallen Sacram illustrissimi Principis Peregrinationem petiitque pręlo Plantiniano eam committerem<sup>9</sup>. Neque enim antehac unquam de ea edenda mecum egerat, atque alibi in Germania fuisse aiebat, qui operam ultro obtulissent, et per errorem de Antverpiensi typographo Reverentiam Vestram id credidisse. Ego vero candide et verbo respondi argumentum hoc ad provincias nostras minus pertinere nec mihi adesse quam velim commoditatem per Poloniam et Lituaniam exemplaria distrahendi. Nihilominus in magni Principis et Reverentię Vestrę gratiam excusurum me addixi ea lege, ut ducenta saltem libri excusi exemplaria redimat, quę trecentis circiter Imperii daleris constabunt. Excusurum vero typis augustioribus<sup>10</sup>, quos dominus a Pallen exigebat, quibus editam P[atris] Rectoris Scribanii Antverpianam<sup>11</sup> Reverentia Vestra, opinor,

<sup>9</sup> Quid Otto a Palen Antverpianam secum attulerit, in commentatiuncula nostra trutinatur.

<sup>10</sup> Nihil de hoc genere typorum sive characterum in commentationibus rei typographicae studiis dicatis invenire nobis contigit, inde pro typis simpliciter elegantioribus vel sollemnioribus intelligi debent.

<sup>11</sup> Agitur de libro *Caroli Scribani e Societate Iesu Antverpia Antverpiae ex officina Plantiniana apud Ioannem Moretum M. DC. X. [1610] Superiorum permisso* edito, qui in rete sic dicto facillime videri consuli potest. Carolus vero Scribanus SI, natus an. 1561, rector domus professae Antverpiensis erat ab an. 1607

viderit<sup>12</sup>, in ea folii forma, quę figuris ęneis quam proxime respondeat. At de figuris mirror sculptoris imperitiam, pręsertim quod ad litterarum ductus. Frontispicii autem imago pręter quod reliquas magnitudine nimium excedat nec iustę operis formę aptari possit<sup>13</sup>, artis typographicę decorum in ea plurimum requiro, eo quod libri epigraphę vitiose nimis longo et angusto spatio coarctetur, adeo ut his talibus typographię Plantinianę nomen (libriorem mihi vocem ignoscat) deformare nolim. Alia proinde tituli sculpenda erit imago, reliquę multum emendandę atque innovandę. Pręterea nec caussam satis intelligo, cur Reverentia Vestra omnes libri initio pręfigi imagines mandet, quę commodius forte alibi accommodari atque inseri possi/n/t. Exspectabo a Reverentia Vestra de singulis responsum, et si emendorum 200 exemplarium conditionem admittat, editioni me accingam, quę et Reverentię Vestrę et tanti Principis exspectationi satisficiat. Vale, Reverende in Christo Pater, et a fratre meo Ioanne<sup>14</sup>, qui eadem mecum pollicetur, plurimum salve. Antverpię, in officina Plantiniana, XVII Kalendas novembris [*scil. 16 octobris*] 1612.

[*vertimas*]

[Jonui Alandui iš Jęzaus Draugijos į Nesvyžių]

Ponas Otonas Palenas atvežę man šviesiausiojo kunigaikščio *Kelionę po Šventąją Žemę* ir paprašę išspausdinti ją Plantino spaustuvėje. Jis anksčiau niekada su manimi nebuvo kalbęjęs apie jos išleidimą; sakę, kitur Vokietijoje buvę asmenų, siūliusių tai padaryti, ir Jūsų Reverencija per klaidą patikėjusi, kad kalbama apie Antverpeno spaustuvininką. O aš nuoširdžiai trumpai atsakiau, kad šis reikalas nesusijęs su mūsų kraštais ir kad aš neturiu norimos galimybės platinti [knygos] egzempliorių Lenkijoje ir Lietuvoje. Nepaisant to, iš pagarbos didžiam kunigaikščiui ir Jūsų Reverencijai įsipareigojau išspausdinti su sąlyga, jei [Jūsų Reverencija] nupirktų bent 200 išspausdintos knygos egzempliorių, kurie kainuos maždaug 300 Imperijos talerių. O išspausdinsiąs pono Paleno reikalaujama iskilmingesniais spaudmenimis, kuriais atspausdą tėvo rektorius Skribanijaus *Antverpeną* Jūsų Malonybė, manau, matė, tuo formatu, kuris labiausiai derėtų su vario raizininiais. Dėl pastarųjų mane stebina raizytojo nepatyrimas, ypač raidžių dukte. Be to, kad titulinio lapo raiziny s dydžiu pernelyg lenkia kitus ir negali būti pritaikytas deramam [knygos] formatui, labiausiai jame pasigendu spaudos meno dailumo, nes knygos pavadinimas ydingai suspaustas

ad an. 1612, primus provincialis provinciae Flandro-Belgicae est nominatus an. 1613, quo munere ad usque an. 1619 fungebatur, obiit an. 1629.

<sup>12</sup> Liber praedictus eo typorum genere excusus est, quod *Double Pica Roman* sive *Gros-parangon* a veterum characterum peritis vocatur (cf. Hendrik D. L. Vervliet, *French Renaissance Printing Types: A Conspectus*, London, 2010, pag. 206–207, no. 129).

<sup>13</sup> Ex his ergo verbis patet Ottonem a Palen imagines quasdam fortassis in Lituania exaratas Antverpian secum attulisse. Quis vero eas sculpsit, in commentatiuncula nostra trutinamur.

<sup>14</sup> Ioannes II Moretus, filius Ioannis I Moreti.

paliekant pernelyg ilgą ir siaurą tuščią vietą [t. y. *paraštę?*], tad nenorėčiau (teatleidžia man [Jūsų Reverencija] tiesesni žodį) tokiais dalykais sumenkinti Plantino spaustuvės vardo. Todėl reikės išraižyti kitą titulinio lapo raižinį, taip pat smarkiai taisyti ir atnaujinti kitus. Taip pat nesuprantu, kodėl Jūsų Reverencija reikalauja knygos pradžioje sudėti visus atvaizdus, kuriuos tikriausiai labiau tiktų dėti ir įterpti kitur. Lauksiu Jūsų Reverencijos atsakymo į kiekvieną iš minėtų dalykų, ir jei sutiktų su sąlyga nupirkti 200 egzempliorių, imsiuosi leidybos, kurios rezultatas patenkintų ir Jūsų Reverencijos, ir tokio kunigaikščio lūkestį. Lik sveikas, garbusis Kristuje tėve, nuoširdžiausi sveikinimai ir mano brolio Jono, prisidedančio prie viso to, vardu. Antverpenas, Plantino spaustuvė, 1612 m. septyniolikta diena prieš lapkričio kalendas [t. y. *spalio 16 d.*].

### 3

*Nesvisii, 13 aprilis 1613*

*Ioannes Alandus SI condicionem Balthasaris Moreti ducentorum exemplarium emendorum accipit, 300 florenos mittit et res ad novam editionem pertinentes trutinatur.*

Archetypum chartaceum Antverpiae in Arch. MPM vol. 76 pag. 19–22 asservatur. Pag. 22 sigillum collegii Nesvisiensis impressum exstat. Ibidem nota quoque habetur uti sequitur: *P. Alandi 1613.*

*[Inscriptio:]*

Clarissimo viro domino Balthasari Moreto, civi et architypographo Antverpiensi atque amico unice observando

Clarissime Vir, Domine et Amice observande

Pax Christi

Quo errore<sup>15</sup> Peregrinatio illustrissimi Principis nostri ad preobilem Dominationis Vestrae Plantinianam officinam pervenerit, nescio. Gaudeo certo [*vel certe?*] ita illam errasse<sup>16</sup>: melius peregrinari via certa non potuisset. Cui enim ignota est praeli Plantiniani dignitas atque splendor! aut quis non malit unam paginam Plantinianam tersam atque politam quam integros aliorum libros non bene moratos! Ego vero cupio et opto, ut Peregrinatio Principis nostri in typographia Plantiniana primo quoque tempore renascatur. Et mitto in eam rem R[everendo] P[at]ri Scribanio<sup>17</sup>, rectori collegii nostri Ant-

<sup>15</sup> Ad verba in prioribus litteris Balthasaris Moreti contenta alluditur uti sequuntur: ‘alibi in Germania fuisse aiebat, qui operam ultro obtulissent, et *per errorem* de Antverpiensi typographo Reverentiam Vestram id credidisse’.

<sup>16</sup> Lusus verborum est.

<sup>17</sup> Carolus Scribanus SI, cuius mentio in prioribus litteris Moreti fit.



verpiensis, florenos 300<sup>18</sup>, quos Dominatio Vestra ab eo accipiet, acceptos aequi bonique consulat. Nam 300 taleris emere 200 exemplaria qui possum, cum insuper vectio et compactio non parvo sit constituta. In tantum excresceret librorum precium, ut emptorem hic non invenirent, nec essem solvendo illi, qui pecuniam mutuo dedit<sup>19</sup>. Novit enim optime Dominatio Vestra me religiosum nihil habere nec habere posse proprii. Alioqui pro eo, quanti Minervam Plantinianam facio, 300 taleros nihil morarer. Neque curam Peregrinationis recudendae aliquo studio suscepi, quod statui etiam meo non convenit, sed mere ob publicum nostratum<sup>20</sup> bonum, qui desiderio huius libri tenentur. Nec Principi nostro gravioribus curis intento hac de re aliquid suggere [s] cogito<sup>21</sup>: aliunde omnia, non ab illo quaerenda. Velit itaque Dominatio Vestra humanissima 300 florenis esse contenta et praeter [?] exemplaria mihi mittenda imprimat quantum vult suo commodo, quod ego Dominationi Vestrae ex animo opto ac largam benedictionem divinam tam in hoc quam in omnibus aliis operibus Dominationi Vestrae precor. De figuris autem, laminis prima fronte libri, imo totius libri serie iudicio Dominationis Vestrae totum committo. Scio, cum quo mihi res sit, nec dubito Plantinianos semper fore Plantinianos. Caetera huiusmodi ex litteris ad R[everendum] P[atrem] Scribanium Dominatio Vestra intelliget<sup>22</sup>. Rogo incumbat Dominatio Vestra alacriter in opus, ut vel mense augusto insequenti Peregrinationem Plantinianam videamus. Studii huius profecto non erimus immemores. Vale, Vir clarissime, felix quam diutissime una cum fratre tuo domino Ioanne, cui sincere salutem adscribo plurimam. Datum Nesvisii 20 aprilis 1613.

Dominationis Vestrae servus in Christo Ioannes Alandus

[vertimas]

[adresas] Garsiajam vyrui ponui Baltazarui Moretui, Antverpeno miestiečiui bei arkispaustuvinkui ir ypatingai gerbiamam bičiuliui

Garsusis Vyre, gerbiamas Pone ir Bičiuli

Kristaus taika

Nežinau, per kokią klaidą šviesiausiojo mūsų kunigaikščio *Kelionė* pasiekė žymiąją Jūsų Malonybės Plantino spaustuve, [bet] tikrai džiaugiuosi ją taip pasimetus: geriau nė

<sup>18</sup> Annotatio manu fortassis Ioannis Moreti exarata in sinistro margine habetur uti sequitur: 'R[atio] / ecepi?' – 509 florenos [?] 5 Brabanticos accepimus a Ioanne Wouters'.

<sup>19</sup> Agitur de Andrea Skorulski, cuius mentio in ultimis litteris Alandi ad Moretum datis (cf. n.rum 6) explicata fit.

<sup>20</sup> Scil. patrum e Societate Iesu, praesertim provinciae Lituanae.

<sup>21</sup> Verba praedicta argumento sunt Nicolaum Christophorum Radivilum, auctorem libri, de nova Peregrinationis editione ne certiorum quidem tum temporis factum esse.

<sup>22</sup> Litterae praedictae non sunt manifestae.

nebūtų galėjusi keliauti įprastu keliu\*. Juk kas nežino Plantino spaustuvės vardo ir šlovės! Arba kas nenorėtų turėti verčiau [viena] nepriekaištingą ir grakštų Plantino spaustuvės lapą nei ištisas ne taip gerai išpuoselėtas kitų [spaustuvininkų] knygas! Aš tikrai noriu ir linkiu, kad mūsų kunigaikščio *Kelionė* kuo greičiau atgimtų Plantino spaustuvėje. Ir siunčiu tam reikalui garbiajam tėvui Skribanijui (*Scribani*), mūsų Antverpeno kolegijos rektoriui, 300 florenų, kuriuos Jūsų Malonybė gaus iš jo, o su gautais pasiels teisingai ir tinkamai. Juk kaip už 300 talerių galiu nupirkti 200 egzempliorių, kai nemažai kainuos taip pat [jų] gabenimas bei įrišimas: knygų kaina pakiltų tiek, kad ščia nerastų pirkėjo, o aš neišsimokėčiau tam, kuris paskolino pinigų. Jūsų Malonybė puikiausiai žino, kad aš, kaip vienuolis, neturiu ir negaliu turėti jokio turto. Antraip vien [tam, kad įrodyčiau], kaip vertinu Plantino Minervą, nė nedvejodamas išsiųsčiau 300 talerių. Apsiemiau perleisti *Kelionę* ne iš kokių nors paskatų, kurios net nedera mano luomui, o vien norėdamas gero mūsų šeimai, kurie laukia šios knygos.

Iš savo kunigaikščio, užsiėmusio svarbesniais rūpesčiais, neketinu nieko išmelžti šiuo reikalu: visa, ko reikia, reikia stengtis gauti iš šalies, o ne iš jo. Todėl lai Jūsų Malonybė maloningiausiai pasitenkina 300 florenų ir, be man išsiųstinių egzempliorių, lai spausdina jų tiek, kiek širdis geidžia, savo naudai, kurios aš iš širdies linkiu Jūsų Malonybei, ir meldžiu Dievo Jūsų Malonybei palaiminimo tiek šiame, tiek visuose kituose darbuose. O dėl frontispiso, raižinių knygos pradžioje, apskritai dėl visos knygos sekos, visa tai palieku Jūsų Malonybės sprendimui. Žinau, su kuo turiu reikalą, ir neabejoju, kad Plantino spaustuvės meistras visada bus Plantino spaustuvės meistras\*. Visa kita Jūsų Malonybė sužinos iš laiško garbiajam tėvui Skribanijui (*Scribani*). Lai Jūsų Malonybė energingai imasi darbo, idant bent ateinančią rugpjūtį išvystume Plantino spaustuvės [išleistą] *Kelionę*. Tikrai atminsime šias pastangas. Lik sveikas, garsusis Vyre, ir kuo ilgiausiai laimingai gyvuok kartu su savo broliu ponu Jonu, kurį kuo nuoširdžiausiai sveikinu. Nesvyžius, 1613 m. balandžio 20 d.

Jūsų Malonybės tarnas Kristuje Jonas Alandas

\* Lietuviškai neišverčiamas žodžių žaismas, reaguojant į pirmame Moreto laiške pavartotą frazę *per errorem*. Mintis: nesvarbu, koku keliu ir kaip korektūrinis *Kelionės* egzempliorius pasiekė Antverpeną, bet geriau ir negalėjo būti, jei pateko į Plantino spaustuvę.

Kitas vertimo variantas: „plantenai (t. y. Plantino spaustuvės išleistos knygos) visada bus plantenai“, nelygu, kaip suprasime originalo žodį *Plantinianos*.

*Antverpiae, 11 septembris 1613*

*Balthasar Moretus Ioannem Alandum SI certiozem facit de pecunia ab eo submissa feliciter recepta, de primis Hierosolymitanae peregrinationis foliis excusis et Nesvisium transmissis, de rebus ad novam editionem pertinentibus.*

Apographum minuta dictum Antverpiae in Arch. MPM vol. 135 pag. 176 asservatur. Nota, quod imago huius apographi facile iam conspici potest fenestra *internet* praedicti archivi aperta. Inscriptio est uti sequitur: *Reverendo Patri Ioanni Alando rectori Societatis Iesu Nesuisii*. Quod ad titulum attinet rectoris, quo Alandum Moretus nominat, res aliter se habuit, nam Iesuita Nesvisiensis praefecti solummodo ecclesiae et Congregationis B. Virginis Mariae munere tum temporis fungebatur.

Trecentos florenos Polonicos, sive quingentos novem florenos *asses* et quinque *asses*<sup>23</sup> nostrates, mense iunio extremo<sup>24</sup> accepi solvente Ioanne Wouters, cive et mercatore Antverpiensi<sup>25</sup>. Et de recepta pecunia iam ante Reverentiam Vestram monuissem, ni simul Peregrinationis Ierosolymitanę inceptę specimen mittere satius visum fuisset, quod his modo adiungo. At vero citius editionem auspicari haud licebat, ut quę in nundinas has Francfurtenses<sup>26</sup> parabam commodius absolverem<sup>27</sup>: P[atris] Aguilonii Opticorum libros sex<sup>28</sup>, P[atris] Lessii De numine<sup>29</sup>, De statu vitę deligendo<sup>30</sup>, De valetudine conservanda

<sup>23</sup> *Stuivers* vulgo sive grossi.

<sup>24</sup> Scil. 26 iunii 1613, uti ex rationibus officinae Plantiniana patet. Cf. Arch. MPM vol. 220 fol. 107v: ‘1613 adi [scil. ‘ad diem illum’] 26 iunii en Anvers [...] Recu de la part du R/everen/d/o/ P/atre/ Joanne Alando rectore collegii Niesuiniensis [!] in Lituania / La summa [somme?] de fl. 300 de Poulaigne par sa presente remis en Amsterdam a raison de fl. 35 valeur d’Amsterdam pro fl. de Poloigne feront fl. 525 d’Amsterdam; desquels Sr. Jan Wauters ayant charge de nous compter; les a tirer sur Amsterdam et nous a compter pour tout £ 84-17-6 (remetra 3 pour cent des presentes [.....?] [.....?]) fl. 509 [stuivers] 5 (les a paye par mon ordre a Andries Jansens)’.

<sup>25</sup> Persona parum nota, quae quoque ‘Jan Waulters’ in libris rationum officinae Plantiniana an. 1610–1618 vocatur (e. g. cf. Arch. MPM vol. 128 fol. 188<sup>v</sup>).

<sup>26</sup> Scil. autumnales an. 1613.

<sup>27</sup> Libri qui inferius enumerantur omnes in particulari indice librorum inveniuntur, cui titulus: *Catalogus universalis pro mundinis Francofurtensibus autumnalibus de anno 1613, hoc est Designatio omnium librorum, qui hisce nundinis autumnalibus vel novi vel emendatiores aut auctiores prodierunt...*, Leipzig: Abraham Lamberg, [1613].

<sup>28</sup> *Francisci Aguilonii e Societate Iesu Opticorum libri sex philosophis iuxta ac mathematicis utiles*, Antverpiae ex officina Plantiniana apud viduam et filios Ioannis Moreti, 1613.

<sup>29</sup> *De providentia Numinis et animi immortalitate libri duo adversus atheos et politicos auctore Leonardo Lessio Societatis Iesu, sacrae theologiae professore*, Antverpiae ex officina Plantiniana apud viduam et filios Ioannis Moreti, 1613.

<sup>30</sup> *Disputatio de statu vitae deligendo et religionis ingressu quaestionibus XII comprehensa auctore Leonardo Lessio Societatis Iesu theologo et sacrae theologiae professore*, Antverpiae ex officina Plantiniana apud viduam et filios Ioannis Moreti, 1613.

